

Reverendo, Clarissimo, variâq; do-
ctrinâ & virtute præstantissimo viro,

GERHARDO CULE-

MANNŌ, Præposito Ecclesiæ Rensburgen-
sis laudatissimo, amico suo plusquam
fraterno amore ætatem profe-
quendo,

ANASTASIUS PHILARETUS
COSMOPOLITA,

Salutem corporis & animæ perennem.

Reverende & Clarissime CU-
LEMANNE, amice fraterrime,
En tibi Catalogum Manuscriptorū
Codicum, quem apud me vidisti, dum mensi-
bus aliquot retrò Rensburgum transii, & vi-
rum nobilissimum a vidè expetere affirmas!
Curavi aliquot ejus exemplaria typis vulgari,
ut eo commodius inter quosdam Christiano-
rum Regum ac Principum Consiliarios & Bi-
bliopolas distribui, liberalesq; & munifici pa-
troni ac industrii typographi, ad editionem
tam egregiis & pretiosissimis operibus excitari
possent. Tu suadâ tuâ aureâ in Serenissimâ
& Magnanimi Regis Danicæ Aula: ac in vicinâ
Potentissimi & Pacifici Holsatiæ Ducis, per Il-
lustres & Generosos Heroes, DN. OLIGHE-
RUM